De

Claustris Svio-Gothicis,

Disquisitio Historico-Ecclesiastica
cum Thesibus varii argumenti Theologicis,

cujus Particulam VIII

Auctoritate Max. Ven. Theol. Ord. Lundens.

pro Examinibus Sacerd. et Pastor.

p. p.

PETRUS WIESELGREN,

Respondente

M. E. ARESKOUG,
Scano.

In Acad. Carol. Audit. Maj. die XXVIII Novemb. MDCCCXXXII.

Londini Gothorum MDCCCXXXII.
Typis BERLINGIANIS.

tempore, quo hic effloruerit, colligi potest. Sic e Monasteriologia vestigia hujus ordinis multi delenda voluerunt, quia non imaginem odiosam referebat posterioris monachismi. Nec diffitendum, longe Gudhem Gudæ Reginæ a Wadstena Brigittæ viduæ distare. Tamen has "cellas & cellulas," has scholas missionariorum s. "Monasteria scholastica" claustris posteriorum ordinum *respondere* quis negat? Ergo hic recensenda putamus.

Opinionibus, non monumentis pleraque nituntur. At in historia ea, quæ ore traduntur, etiam observandum. Quibus omnibus severe improbatis, quantillum in omni historia prisca restaret? Ad delubrorum rudera ruderum opiniones Claustrorum Benedictini Ordinis sæpe obviæ sunt. Verisimile etiam est, primos Evangelii nuntios talia loca quæsivisse; quæ nactis seminaria ibi sine dubio exstruenda fuerunt. Ingenium Suecici Benedictinismi ex tam paucis notionibus *dijudicare* audacioris erit. Attamen quid *sentiamus* modeste confiteamur. In historia Sectæ religiosæ stirpis Germanicæ ad Grönlandenses Missionariorum modo transeuntis, effigiem forsan non abhorrentem cernimus Scholæ Ansgarianæ, quæ incultam Sveciam ex eadem Germania post millenium petivit. Numne eadem fere puerilis ingenuitas, eadem sensuum vis cogitationumque teneritas, eadem in vita virginitas & in victu simplicitas, eadem visionibus fiducia malorumque tolerantia, eadem denique mortis sanctitas Anskario 1) & Stillingio a biographis tribunatur?

Jam hic ordo superstes. Sæculo vero VI fratribus vix pane & aqua viventibus successerunt dissolutissimi juvenes nobiles in Austria, Hispania, Italia, Sicilia . . .

48. (?) A l v a s t r a.

(In Ostrogothia).

Claustrum præcisterciense.

Monasteriologi.

Messenius in Scond Ill. T. I. p, 97. An. 1140 Rex Suercherus in Ostrogothia amoenissimum de conjugio nomine *Avilstad,* postea Alvastra vocatum ab illo uxoreque largiter dotatum ac *Benedictinis* adsignatum. . .

---

1) Vide *Pertzii Mon. Germ. Hist. T. II: 685—725.*

"*Rhyzelius* illi concinit, concedens tamen parum & bonorum & temporis illi Benedictinorum claustro tribuendum.

Extera monumenta historica vix tale admittunt, *Nostra,* Messenio veteriora, dubitationem alunt. *Ericus Olai*: "Suerkerus *instituit* Monasterium Aluastra, misso conventu de Claravalle -- an. D. 1159." *Scr. R. Su.* 11: 43. Caussæ opinionum de Claustro præcisterciensium forsan quærendæ in claustri denominationibus S. Benedicti, S. Bernhardi & S. Mariæ de Alvastra, *Rhyz.* p. 128, et in ipsius nominis derivatatione. Cum enim Regina Alvilda, Benahardinis advenientibus, mortua esset & ipsa fundatrix haberetur, claustrum præcist. necesse fingeretur. Nihil autem impedit, quominus ex dote uxoris jam mortuæ, cujus nomen viduus Rex æterne laudandum vellet, claustrum *Alfhildrum*, unde *Alvastrum* (ut in dipl.) s. *Alvastra,* Cisterciensibus jam vocatis, fundaverit. Vide *Cisterc. Alvastr.*

49. (?) Björkö.

Claustrum in Uplandia Benedictinum.

Monasteriologi.

In Catalogo *Messeniano* Coenobiorum in Svecia primum locum tenet *Byrcense* an. 836 1), ad numerum Benedictinorum relatum. In Scond. Ill. T. XV: p. 8: "An. 836 S. Ansgarius Suecanæ misertus Ecclesiæ prædicatoribus destitutæ, huc Simonem Episcopum & Nitardum expedivit Presbyterum. Byrcense ab iisdem coenobium inchoatur, Benedictionorumque in Suecia primum." *Rhyzelius* de fundatione non dubitans, quamdiu Monasterium floruerit se inscium tantum confitetur.

Lagerb. S. R. H. II: p. 67, 68 nihil, præter quod fieri *potuit*, concedens, Messenii testimoniorum penuriæ omnem dicat dubitationem. Sin vero *Claustrum Benedictinum* in *Björkö* non aliud habeatur, quam domus, in qua Missionarii Ordinis Benedictini e Claustro Corbejano hiemem & pluviam evitarent, dum populum docuerunt, doctoresque futuros e juvenibus Suethicis electos informarunt, non modo adesse potuit, sed necesse adfuit. Tales vero domus, coenobiorum nomine Benedictinorum sæpe in-

---

1) Ad annum 837 in chron. Corbej. iter refertur. *Theol. Qvartalskr. 1830. 4 h. p. 38,* ubi plura de Björkö in Histor. Svec. Ecclesiastica celebri habes.

claruisse verisimile est, & cum in ævo exstiterunt, de quo tam pauca docet historia, difficile semper erit de natura earum judicium.

De *Björkö* vero Adami Bremensis eorum addictum semper me confitebar sententiæ, qui non Metropolin Suecanam, a domesticis monumentis ne levissime quidem attactam, propter traditiones exteras, in quibus nomina nostra hoc ipso die sæpissime vitiantur, constituendam putent. Potius *Byrcensis coenobii*, si de illo notitiæ auctoritate non indignæ Messenio adfuerint, (quod fieri *potuit*) in ruderibus *insulæ* Björkö, quam Urbis tantæ Regnique capitis reliquias venerabor.

50. Bosö 1)

Claustrum in Scania Monialium S. Mariæ et S. Nicolai.

Monasteriologi.

Rhyzelius, *Daugaard*, huic S. Monialibus S. Benedictinis aperto, inter claustra Scanica locum dederunt.

Diplomata

enumeremus, ut de copia talium, ubi adservata sunt, in genere judicetur. *Dipl. Su. T. I*: *n.* 821. *Extract. litter. defensor. Lucii III* "dilectis in Christo filiabus Juliane priorisse Monasterii Bosö ejusque Sororibus" an. 1181—1185 dat. 2) n. 322 Abbatis Cistercii epistola ad Archi-Ep. Absalonem, apographum mittentis supradictæ Bullæ an. 1183—1201; *Dipl. Capit. Lund.* T. II. n. 311, 365, 380 (& pag. 293 & pag. 297), 382, 396, 401. *Dipl Langebek.* 1354, 1489. Cum ex hoc diplomate Daugaardii aliorumque dubitatio de "uxore Prioris" quam commemorat lapis in ecclesia Bosö sepulchralis, explicatur, exordium & finis adferantur: Alle mæn thette breff see eller höre leses helse wi Gertrud Jense Dotter Priorissa i Bosije Kloster ok alt convent i samme stad evinnelige met Gud. Göre wi wedherligt alle meth thette wort opnæ breff at vi hafwe met welbyrdigh Man Tage Henricson wor Klosters Forman rodh ok samtöcke, wnt ok til leye ladhet - - een beskethen Man Jep Ysaacson borgere i Malmö - - en wor Klosters jord ligende vester i Malmö. - - Til ydermere visse ok bedre forwahringh

---

1) *Insula Bothonis* in K. Waldemar (II) Jordebog. 2) 4 Idus Febr. dat. ut in Dipl. Kil. Stobæi, ubi finis literæ exscriptus est, cernitur.

tha hænghe wi wort Konventz insegle nædhen for thette wort opnæ breff, meth for: de welbyrdigh Mantz Tage Henricsöns insegle, som er wor Forstandher. Datum Bosye in Sabb. carnispr. an. dni MCDLXXX nono. Ex libro veteri ecclesiæ, cujus mentionem facit Daugaard, ipsi describsimus: "Under predikstolen är en grafsten med inskrift: Anno Dni MCDXCIII hic jacet Nobil. Vir Tagho Henrici quondam prior hujus loci cum uxore sua domina Katerina, quorum animæ requiescant in pace. (Vapnen Tornekrantz och Hornlunger)," ubi addit Daugaard, annum necesse falsum esse, cum ante reformationem Prioribus uxores non nuberent. Bene tamen *conjecit*, fieri posse, ut Protector secularis intelligeretur. *Diplom. Kil. Stobæi* Ex Registro Archivi Regii Antiqu. Holmens. de Monast. Scan. *Bosiö Closter* ubi commemorata at in Dipl. Su. T. I. frustra quæsita: *Jacobi Erlandi Archi-Ep. indulgentiæ illis, qui de Monialibus in Bosije Closter bene merituri fuerint*, XVII Cal. Maji. datæ 1255. (In *Diplom. Sv.* duo tamen adsunt diplomata ejusdem Archi-Ep. sequenti anno data). *Lucii III Papæ litt. Privilegiorum defens. an.* 1181 ubi bona claustri referuntur. Andreæ Sunonis Archi-Ep. Lund. Confirmatio donationis Henninge Priorissæ in Bosö 1201. Waldemari Regis Mandatum Scaniæ incolis dat. 14 Cal. Maji 1236, ne Monialibus de Bosö in silva quadam injurias inferant; R. Erici ejusdem valoris dat. 5 Cal. Maji 1246. R. Christophori ej. v. dat. prid. Id. Sept 1255. Nicol. Ep. Rosch. Confirmatio donationis Esbiörni Monialibus de Bosö datæ, an. 1245 edita; Wilhelmi Sabinensis indulgentiæ iis, qui cl. Bosoense crebre visitent dat. 1256. Martini Papæ IV Præposito Roschild. de bonis S. Monialibus de Bosö illegitime ablatis, quæ reposceret, dat. 1281. Diplomata sequentia Bosöensia dat 1289 Dom. Trin. 1289 die exalt. crucis; 1313, 1314, 1330, 1337 die b. Blasii, 1337 fer. ante Purif. 1388, 1339, 1343, 1344, 1345, 1346 die b. Augustini, 1346 die b. Andr. Ap. 1347 (9 epistolæ Papæ & aliorum) 1348, 1349 (3), 1350 (2), 1351 (8), 1352, 1353, 1354, 1355, 1358, 1362, 1363, 1365, 1373, 1374, 1377, 1378, 1379, 1380, 1381 (2), 1383, 1385, 1386, 1351, 1387, 1388 (7), 1389 (3), 1390 (2), 1391, 1392 (3), 1393, 1394, 1395, 1396 (3), 1397 (2), 1398 (2), 1399 (3), 1400, 1401 (2), 1402 (2), 1403, 1404 (2), 1405 (2), 1407, 1408, 1413 (5), 1414, 1415 (3), 1420 (2), 1422 (2), 1423, 1425, 1427, 1429, 1431, 1432, 1434, 1436, 1438, 1440, 1443, 1445, 1447, 1448 (3), 1449, 1452, 1453 (2), 1457, 1459, 1466, 1463 (2), 1462 (2), 1465, 1468, 1470, 1471, 1475 (2), 1477, 1480, 1481, 1482, 1484, 1486, 1487, 1489, 1499, 1500, 1503, 1505, 1517, 1520, 1530, 1570, 1410, 1508, 1512, 1517, 1531, 1546. In *libro veteri Eccles. Bosöensis* adest: *Relation om Bosiö Closters pastorer, des patroner, präster och andre circumstantier af Ola Grislensson.* (Cujus Pater pastor loci erat 1660). Ex qua nonnulla observatu digna colliguntur.

Fredrik den anden god oc from
Hans Naad giorde dette bytte
At Hillerödsholm under Cronen kom
Och Herlof till Bosie Closter flytte,

in lapide portali Arcis Fredriksborg olim legebatur. Postea Laxmannis subditum. Paulus Laxmand hic ✝ 1557, Filii Paulas ✝ 1579, Holger ✝ 1562. Postea cessit familiæ Ulfstand, deinde Joachimo Beck ✝ 1657. Idem emit an. 1658 Corfitz Ulfeldt. Quo fugiente, Regno Sueciæ reductum est &c. &c. In *De la Gard. Arch. II: p.* 29—35 obvia donatio hujus claustri R. Christiani III Johanni Barnekow data 1545, eis conditionibus, ut antea moriretur Archi Ep. T. Bilde et Barnekow iste virginem nobilem Danicam in matrimonium duceret, & Inventarium, quum hoc claustrum Stenoni Rosensparre cederet Barnekowii vidua Metta Oxe an. 1559. In *Act. Litt. Svec.* 1725 p. 5, *Monum. Scanens. Vol. I: p.* 71—77 *Förteckn. på permbr. i v. Engestr. Bibl. n.* 63; *v. Celses Bullar. p.* 126 &c. non pauca reperies.

51. Börringe.

Claustrum in Scania Monialium S. Mariæ.

Monasteriologis

Rhyzelio & Daugaardio innotuit.

In libr. Datico sæpe ejus fit mentio. Nomen scribitur Byrthinge, Byrthingy, Byrtinghæ, Byrdinge, Byringe Kl. Bördinge, Böring & Borring Closter. De quo nihil fere notum est, nisi quod habes in *Scr. Rer. D. III: p.* 516. Diplomata ab. an. 1257 ad an. 1530 supersunt.

Priores noti:

Andreas Presbiter, quondam Prioris in Byrthinge 1313; Simon Prior Sacerdos & Monachus S. Marie de B. Severinus Norby Prior (protector) claustri tempore Johannis II.

Priorissa:

Estridis filia Nicolai Alexandri filii 1268, vidua Petri Erlandi, cujus frater erat Archi Ep. Jacobus Erlandi.

In beneficium

id ceperunt Hans Michelsön af Malmö 1520 & Axelius Brahe 1524. An. 1550 virginibus prospiceret Canutus Gedde.

Diploma

typis exscriptum habemus Suhm H. af D. X: 978, Estridis viduæ testamentum an. 1262.

52. (?) Dalby.

Claustrum in Scania.

Monasteriologi

tacent, sed Pontopp. Ann. Eccl. D. I: 206: Dalby erat Monasterium in Scania. - - Fundatum est a R. Suenone Estrithis secundum Ordinem S. Benedicti X An. 1065; postea tamen mutatum secundum Ord. S. Augustini." Cfr. Scr. Rer. Dan. V: 634 not. 1. Suhm IV: p. 275 a.

Dissuadent

Verba *Adami Bremensis*, qui de *præpositura fratrum regulariter viventium* jam initio mentionem facit. Nos non possumus "tantas componere lites."

53. (?) Gudhem.

Claustrum in Westro-Gothia Monialium præcisterciense.

Monasteriologi

Vastovius: "Gudheem Virgin. a S. Guda regina erectum an. 1054. *Messenius* Scond. Ill. T. I: p. 85. An. 1049 Regina Gude . . mulier religiosissima . . . interim fortassis coenobium illud Westrog. Gudhemianum de suo fundavit nomine dotavitque; in T. XII: p. 55. XV: p. 18 pro certo eamdem "testibus Adamo & Saxone," circa mundi tempus 1056 coenobium condidisse Gudhemense adfirmat. *Sparrman:* n. 1. Guthemense, fundatum a Regis Ingonis III filia Gutha in Westro-Gothia An. Chr. 1059, ubi residebat, viduas, virgines & puellas exerceri curabat in pietate & operibus oeconomicis. Negat Claustro præcisterciensi in Gudhem *Rhyzelius.*

Hic *Saxonis* auctoritate Monasteriologiarum Auctores inprimis nituntur. In *Hist. Dan.* L. XI de Regina Guda scribit: "Non inerti otio tempus effluere passa, quotidiana consuetudine exquisita sacrariorum ornamenta fingebat, inque eandem operam continuam ancillularum curam cogebat. Inter quæ chlamydem sacerdotalem subtilibus sigillis excultam pretiosæque materiæ impensa ac mirifice operis arte elaboratam Roschildensi sacrario doni nomine largita est"; quod ita explicit *Örnhielm in Hist. Eccl.* III, 11, 33, ut dicere voluisset, phrygii operis ornamenta sacerdotalia acu eam pinxisse &c. in *Vitam Monasticam profitentium Virginum coenobio Gudhemensi. Baazius* in *Invent. L.* 1- cap. X etiam nomen Monasterium loco addit, ubi tamen adfirmat, Reginam Virgines *ideo* in operibus oeconomicis ei sexui convenientibus exercuisse, *quod pie educatæ rectius domui præesse possent* A definitione hic exeamus. *Claustrum* ejus notæ, qua postea domus Virginum voto ligatarum exstruebantur, adfuise nemo putaverit. *Benedictinismo* tamen in Svecia effingendo colores hæc opinio de Gudæ coenobio Monialium apud veteres constans sine dubio contribuit.

54. (?) H u s a b y.

Claustrum in Westrogothia.

Monasteriologi.

Messenius: Sc. Ill. T. XV. p. 18. A. 1055 Husbycense in V. G. conditur Benedictinis Monasterium hoc tempore. *Rhyzel.* l. c. p. 183. *Hermanss. Vastovium* citans, cujus: "Husaby Frat. Ord Cist." tamen *Husaby i Dalom* sine dubio respicit.

Suspicari licet domum heic fuisse clericam antequam Ecclesia Cathedr. Scar. exstrueretur. Nihil præter quod dabit Rhyz. scimus. *Digelii* enim dissertatio nihil aliud certius fecit, quam quod monachi *viciniæ* fuerint. Observatione dignius attulit *P. F. Aurivillius* in diss. *de Bibl. med. ævi Sviog.* Heic enim fuit Bibliotheca. A. 1782 aderant collectio hymnorum latinorum & Suethicorum mscr. Sermones discipuli de tempore per circulum anni. T. I. continens CLXIV, T. II. continens LVIII Sermones. Impress. s. l. & a. Biblia ex versione vulgata impr. 1482. Historia atque Lectiones utriusque Testam. Colon. 1505. In memoriam revocetur Johannis Magni de se Scholari Scarensi testimonium. Hæ reliquiæ Monasterii Scholastici Benedictini essent venerandæ. An inter carmina, quæ afferuntur, nonnulla ex

illis fuerint, quæ edidit Theod. Petri Nylandensis Gryphisw. 1582, jucundum esset cognitu. Vide *Sw. Sköna Litter I. D.* p. 46—50.

55. Lund.

Claustrum S. Laurentii Vetus.

Auctores.

Messen. In Catalogo Benedictinorum Cist: que in Dania *Lundense* refert. *Rhyz.* e scriptis antiquis citat hoc vetus fuisse *coævum episcopatui. Daug.* idem dictum citat.

Nihil aut addendum aut subtrahendum habemus præter observationem, *Monasterium Vetus S. Laurentii* etiam fuisse superstes, cum Canonici Ecclesiæ S. Laurentii florere coepti fuissent. Vid *Necrol. Lundens.* In fine: "Nomina Canonicorum nostrorum prestbyterorum, qui obierunt in Christo de Monasterio S. Laurentii tam novo, quam veteri, a tempore S. Kanuti Regis, qui primus fundavit hanc Ecclesiam" &c. &c.

56. (?). Munkeboda. (Norsholm)

Claustrum in Ostrogothia.

Monasteriologi.

Messenio auctore tantummodo nititur. Scond. Ill. T. XV. p. 9: "Circa a. 853. Ansgarius, Dani litteris commendatus, Sveciæ visitat Ecclesiam, Regem baptizat Olaum & hinc redituriens, Heribertum in Svecia Gothiasque relinquit vicarium. Munchabodense in Ostrogothia Monasterium a Benedictinis incolitur." *Rhyzelius* hic etiam non exsistentiæ sed ætatis, qua destruebatur, se confitetur inscium.

Lagerbr. S. R. H. II: p. 67 dubitationem injicit de omnibus coenobiis Benedictinis Messenii. Faciliter fundari faciliter tolli talia potuerunt hujus ordinis Claustra, quæ adjumenta tantummodo videnturfuisse religioni stabiliendæ inserventia. Hic ubi quæritur de loco ad Episcopatum antiquitus attinente Lincopensem, *opinioni* Rhyzelii, Lincopensis Episcopi, aliquid tribuendum. Nihil *certi* tamen nos habere fateamur. Arcem hic Munkabodensem a. 1500